



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1551. usque ad annum 1553

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 90118561**

§. 49. Pax Cardinalis Turnonii ministerio agitata, ac prospero successu confecta.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66577](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66577)

Sæcul. XVI. huic urbi Governatorem Gallis haud  
A.C. 1552. suspectum præficere, nec unquam dif-  
 fidiis inter Carolum, & Henricum Re-  
 gem emergentibus illi favere vellet. His  
 ita perscriptis mox Papa Camajanum  
 ad Imperatorem ablegabat, qui eun-  
 dem de tota rei serie edoceret.

## §. XLIX.

*Pax Cardinalis Turnonii ministerio  
 agitata, ac prospero successu  
 confecta.*

*Thuan. l. c.* *Pallav. n. 2.* **H**is articulis utrinque firmatis Tur-  
 nonius Cardinalis, qui tum Ve-  
 netiis agebat, ab Henrico II. Roman  
 pergere jussus summum Pontificem ac-  
 cessit, postremam huic paci manum ad-  
 moturus, simulque eidem dabatur ne-  
 gotium, ut Papam, si fieri posset, toto  
 conatu ad Parmam Octavio relinquen-  
 dam adigere studeret. Hic idem Car-  
 dinalis tanta utebatur dexteritate, tam-  
 que validas proponebat rationes, ut  
 Pontifex haud cunctanter petitis annue-  
 ret, spe fretus, litem de Parmensi Du-  
 catu temporis progressu facile compo-  
 ni posse: præter alia enim eidem sug-  
 gerebant Galli, quod nonnisi belli in-  
 duciæ agitentur, eo fine, ut haud  
 amplius Parmensem ditionem Farne-  
 siis eripere moliretur, interea autem  
 du-

durantibus hisce induciis Galli omnem impensuri essent operam, ut hoc diffidium amicis mentibus componeretur. Hoc medium summus Pontifex, qui omnem a se culpam apud Cæsarem amoliri unice intentus erat, ratum habere videbatur, atque ipsa etiam concordiae pacta, priusquam concluderentur, ac mutuo consensu firmarentur, in pleno Purpuratorum confessu exponerat, plurimum Galliarum Regis moderationem, pietatemque commendans.

Sæcul XVI.  
A.C. 1552.

§. L.

*Articuli induciarum Papam inter, & Galliarum Regem initarum.*

Porro facta armorum cessatio duntaxat ad Parmensem, & Mirandulanum Principatum, necnon ad Placentinam, aliasque circumvicinas urbes sese extendebat, hisce circumscripta articulis I. Durante hoc bello Cæsarem inter, & Galliarum Regem summus Pontifex neutri parti suppetias ferat II. Per biennium ab armis cessetur, nec ex Parmensibus, Mirandulanis, & Castrensibus præsiidiis quidquam damni Cæsari, & cum eo foederatis detur: III. Intra idem tempus Pontifex illorum neutri bellum gerenti copiis, opibus, aut ullo favore præsto sit, nec patiat, ut delectus

Thuan 1. 10.